NOS RECTOR

ET ANTIQUISSIMA AC CELEBERRIMA C. R. UNIVERSITAS JAGELLONICA

CRACOVIENSIS

LECTURIS SALUTEM!

Laudabile imprimis majorum nostrorum institutum est, ut honores literarii nonnisi suffragantibus meritis conferri soleant. Cum itaque Vir ornatissimus et doctissimus Dominus

CAROLUS ŻUŁAWSKI

Doctor Medicinae et Artis Obstetriciae Magister,



aetatis suae annum XXXIV agens, Polonus Limanowa in Galicia oriundus, diligentem assiduamque Chirurgiae multos per annos operam navasset, atque jam ad exhibendum doctrinae suae specimen paratus esset, petiissetque a Nobis ut Ipsum titulo academico doctrinae suae convenienti ornaremus. Nos cum honestissimae aequissimaeque Ipsius petitioni hac in parte deesse non possemus, Ipsum primo ex universa Chirurgia theoretica et practica, e Medicina ocularia, nec non ex Institutionibus chirurgico-clinicis, secundum leges in Academia nostra vigentes debito cum rigore examinavimus, ac dein Ipsi diem constituimus, quo in Collegio publico aliquas e praecipuis et difficilioribus operationibus chirurgicis coram Decano Facultatis, Professoribus, hospitibus auditoribusque facere, methodum cujuslibet operationis distinctae exponere et totam curationem indicare debuit. In quibus omnibus cum praeclaram eruditionem ac Chirurgiae peritiam abunde Nobis probasset, libenter contulimus petenti honorem, qui virtuti et honestis studiis debetur. Quapropter potestate Nobis a

Caesareo-Regia Apostolica Majestate Augustissimo Imperatore

FRANCISCO JOSEPHO PRIMO

concessa, Eundem Dominum

CAROLUM ŻUŁAWSKI

die vigesima mensis Februarii anni millessimi octingentesimi octogesimi

DOCTOREM CHIRURGIAE

pronuntiavimus ac declaravimus, dedimus ac damus Ei potestatem cathedram doctoralem ascendendi ac de Chirurgia respondendi, praxim caeteraque exercendi, quae Chirurgiae Doctores exercere solent. Tribuimus Ei insuper omnia privilegia ac praerogativas, quaecumquae vero Chirurgiae Doctori legibus vel consuetudine tribui solent.

In quorum omnium fidem diploma hoc publicum majori Universitatis sigillo munitum nec non manu Nosfra subscriptum Ei dare curavimus.

Cracoviae, die vigesima tertia mensis Februarii anni millesimi octingentesimi octogesimi.

Josephus Szujski
Phil. Dr. Rerum gestarum Poloniae c. r. Prof. p. o. Univ. Jagellonicae Crac. h. t. Prorector magnificus

Hilarius Eques de Fabiani [illegible]

Edwardus Korczyński
Med. et Chir. Dr., Professor p. o. Pathologiae ac Therapiae specialis et Director Clinices medicae, h. t. Decanus Ordinis Medicorum;

Josephus Oettinger.
Med. et Chir. Dr. Historiae Medicinae c. r. professor publ. extraord. Ordinis Medicorum c. r. Univ. Jagell. h. t. Notarius



NOS RECTOR

ET ANTIQUISSIMA AC CELEBERRIMA C. R. UNIVERSITAS JAGELLONICA

CRACOVIENSIS

LECTURIS SALUTEM!

Laudabile imprimis majorum nostrorum institutum est, ut honores literarii nonnisi suffragantibus meritis conferri soleant. Cum itaque Vir ornatissimus et doctissimus Dominus

CAROLUS ŻUŁAWSKI

Doctor Medicinae et Artis Obstetriciae Magister,

aetatis suae annum XXXIV agens, Polonus Limanowa in Galicia oriundus, diligentem assiduamque Chirurgiae multos per annos operam navasset, atque jam ad exhibendum doctrinae suae specimen paratus esset, petiissetque a Nobis ut Ipsum titulo academico doctrinae suae convenienti ornaremus. Nos cum honestissimae aequissimaeque Ipsius petitioni hac in parte deesse non possemus, Ipsum primo ex universa Chirurgia theoretica et practica, e Medicina ocularia, nec non ex Institutionibus chirurgico-clinicis, secundum leges in Academia nostra vigentes debito cum rigore examinavimus, ac dein Ipsi diem constituimus, quo in Collegio publico aliquas e praecipuis et difficilioribus operationibus chirurgicis coram Decano Facultatis, Professoribus, hospitibus auditoribusque facere, methodum cujuslibet operationis distinctae exponere et totam curationem indicare debuit. In quibus omnibus cum praeclaram eruditionem ac Chirurgiae peritiam abunde Nobis probasset, libenter contulimus petenti honorem, qui virtuti et honestis studiis debetur. Quapropter potestate Nobis a

Caesareo-Regia Apostolica Majestate Augustissimo Imperatore

FRANCISCO JOSEPHO PRIMO

concessa, Eundem Dominum

CAROLUM ŻUŁAWSKI

die vigesima mensis Februarii anni millessimi octingentesimi octogesimi

DOCTOREM CHIRURGIAE

pronuntiavimus ac declaravimus, dedimus ac damus Ei potestatem cathedram doctoralem ascendendi ac de Chirurgia respondendi, praxim caeteraque exercendi, quae Chirurgiae Doctores exercere solent. Tribuimus Ei insuper omnia privilegia ac praerogativas, quaecumque vero Chirurgiae Doctori legibus vel consuetudine tribui solent.

In quorum omnium fidem diploma hoc publicum majori Universitatis sigillo munitum nec non manu Nosfra subscriptum Ei dare curavimus.

Cracoviae, die vigesima tertia mensis Februarii anni millesimi octingentesimi octogesimi.

Josephus Szujski
Phil. Dr. Rerum gestarum Poloniae c. r. Prof. p. o. Univ. Jagellonicae Crac. t. t. Prorector magnificus

Hilarius Eques de Fabbiani Maniewicz

Eduardus Korczyński
Med. et Chir. Dr., Professor p. o. Pathologiae ac Therapiae specialis et Director Clinices medicae, h. t. Decanus Ordinis Medicorum.

Josephus Oettinger
Med. et Chir. Dr. Historiae Medicinae c. r. professor publ. extraord. Ordinis Medicorum c. r. Univ. Jagell. h. t. Notarius



